Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift



178

tonitrua. fulmina. ⁊ grandines. uenti. ⁊ ignes. frigus ⁊
estus. ⁊ omnia talia. exceptis ⁊ illis que in eo de ordine rara
sunt. sicut defectus luminum. ⁊ species inusitate siderum. ⁊ mon
stra. ⁊ tres motus ⁊ similia. exceptis quibusdam istis omnibus; quae quidem
prima ⁊ summa causa non est nisi uoluntas dei. unde cum in psal
mo quedam huiusmodi generis commemorata essent. ignis. gran
do. nix glacies. spiritus tempestatis. ne quis ea uel fortuitu. uel causis
tantummodo corporalibus; uel ⁊ spiritalibus; tam preter uoluntatem dei exis
tentibus; agi crederet. continuo subiecit. que faciunt uer
bum eius. quicquid enim accidit hic extra uoluntatem
nostram. nouerimus non accidere nisi de uoluntate dei. de pru
dentia ipsius. de ordine ipsius. de nutu ipsius. de le
gibus ipsius. ⁊ si non intelligimus quid quare fiat. demus ho
nori prudentiae ipsius. quia non fit sine causa. ⁊ non blasphema
bimus. Cum enim ceperimus disputare de operibus dei. quare hoc
quare illud. ⁊ non debuit sic facere. male fecit hoc. ubi est
laus dei. perdidisti alta. omnia sic considera. quomodo placeas deo.
⁊ laudes artificem. Sed his ut dicere coepimus exceptis.
alia sunt quae quauis ex ea de materia corporali fiant ad aliquid
duuntur annunciandum nostris sensibus admouentur. quae propri
e miracula ⁊ signa dicuntur. nec in omnibus; quae nobis a domino
annunciantur ipsius dei persona suscipitur. Cum autem suscipi
tur. aliquando in angelo demonstratur. aliquando in ea spe
qui non est qui angelus. quemuis pro angelum disposita ministretur:
Rursus cum in ea specie suscipitur. quae non est qui angelus. aliquando
iam erat ipsum corpus. ⁊ ad hoc demonstrandum in aliquam mu
tationem assumitur. aliquando ad hoc exortum. ⁊ re pacta
rursus absumitur. Loquitur ex persona dei angelus hoc dicens.
ego sum dominus abraham. dominus isaac dominus iacob. Assumpta est uirga
ad significationem. ⁊ in serpentem anglica ~~mutatione~~ facultate
mutata est. illas ⁊ nubes ⁊ ignes quomodo fecerunt uel assumpse
runt angeli ad significandum quod ~~significabant~~ annunciabant. ⁊ si dominus